



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

II. Responsio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

est, ut eum discamus & consideremus & intelligamus iuxta extrationes Christi, Prophetarum & Apostolorum. Ac inde usque ad Adam repetiuit Deus & conseruauit in Ecclesia uocem huius legis, & uult eam semper doceri, & illustribus exemplis peccatorum in multis delictis per omnia tempora ostendit, hanc legem esse ordinem diuinæ sapientiæ & iustitiæ.

LEGE S Mosaicæ Forenses ceremoniales, quæ fuerunt traditæ tantum ad illius politiam Mosaicæ constitutionem, & tandem deleta politia Mosaica extinctæ sunt, discernantur ab æterna lege, quæ moralis nominatur. Sunt autem ceremoniales leges, quæ externos gestus ordinant in sacrificijs, & loca, tempora & personas distinguunt, & alia quædam exercitia externa describunt, ut sine signa & distinctiones politiam Mosaicæ ad gentibus.

LEGE S Forenses sunt leges de externa defensione disciplina, iuxta totum Decalogum, de Magistratibus, de penis blasphemiam & periurij, seditionis, homicidij, adulterij, de diffinitione facultatum vel dominiorum, de hereditatum distributione, de penis furtorum, de ordine iudiciorum. Qui etiam si Deus ipse est uocor & custos ordinis politici, tamen homines uult esse organa gubernationis, & uult conspici in penis discrimen recte & non recte factorum, & uult agnosci, Deum esse sapientem, iustum, castum, & uolentem scelerum, & uult conseruari humanam societatem, & propterea has causas deleri contumaces contra suam legem.

QUO MODO INTELLIGENDA
est abrogatio legis Mosaicæ?

RESPONDEO. Quod ad iustificationem attinet, eodem modo de omnibus partibus legis Moyfi sentiendum est, uidelicet quod non mereantur remissionem peccatorum, & quod persona non sit iusta, id est, accepta Deo ad uitam æternam, propter opera legis Mosaicæ, & alia. Item quod hæc nostra obedientia, quam utique præstat homo in hac uita, non sit iustitia æterna, seu integra legis impletio. Ideo Paulus inquit de omnibus partibus legis Moyfi, Rom. 7. Ex operibus legis non iustificabitur omnis homo.

II. RESPONSIO.

SED quod ad obedientiam attinet, differentia est, quia leges Forenses & ceremoniales sic sunt abolitæ, ut prorsus omitti possint, & sint extinctæ. Verum lex Moralis cum sit in Deo sapientia, & in uia iustitiæ æterna, & patefacta sit hominibus, ut homo sit conformis Deo, non potest extingui, sed manet ordo diuinus, ut homo æterna fiat conformis Deo, sicut Rom. 8. dicitur: Per uerum stabilem legem. Roma. 8. Ut ius legis in nobis impleatur.